UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

38. Prohibita multa fieri, quæ facta tamen tenent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

36 † *Item quia abbates poſſunt eſſe iudices. extrà de arbit. c. expoſita. & de offic. de leg. c. quoniam abbas. Et hanc tenet Ioan. And. in gloſſ. d. c. fin. extrà de teſtam. lib. 6.*

37 *Quartò, prohibetur † frater mendicans, per ſuprà ſcriptas rationes, ſed Bal. in l. id quod pauperibus, in 7. q primæ partis, tenet contrarium: per d. c. fin. & tranſit ibi glo. & ſequitur Ludo. in ſuo conſi. 235. in fratribus ſancti Auguſtini, quos ait habere curam etiam eccleſiæ conſtruendæ in domibus teſtatoris. Sed tamen debent habere licentiam ſui ſuperioris: vt d. c ſi. quanquam geſta per eos, etiam licentia non petita, robur obtineant firmitatis, ſicut ait tenuiſſe Fed. de ſe. conſi. 99. quid referẽtem. d. Anton. de But. dicit ſæpius approbaſſe, & allegat tria ſimilia.*

38 † *Primùm de milite, qui prohibetur eſſe procurator: & tamen actus per eum geſtus valet: vt l. ita demum. C. de procu. & l. filiuſfa. §. veterani. ff. eod.*

Secundùm ſimile eſt de clerico, qui non poteſt fideiubere: & tamen ſi fecerit, fideiuſſo ſio tenet c. peruenit. & c. conſtitut. de fideiuſ.

Tertiùm

Tertium de clerico, qui nequit eſſe notarius: & tamen inſtrumentum ab eo conditum, valet. c. ſicut. ne cle. vel mo. c. 1. eo. ti. li. 6. & per Bart. in l. vniuerſos. C. de decu. libro 11.

39 *† Quintò prohibentur fratres minores vt no. Bal. in auth. ingreſsi. & auth. ſi qua mulier. C. de ſac. ſanc. eccleſ per tex. in cle. exiui. §. proinde. & §. verũ. de verbo ſigni. Nec ſibi placuit ſententia Bart. in 3. parte ſui lib. minoricarum. in 3. & 4. q. per l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de le. 2. & l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebel. volẽtis, quod ipſi poſſent eligere ac nominare perſonas vel locum, quoniam non videtur regulæ repugnare, quid placuit Ludo. conſil. 419. Quinimò, ſecundum Bal. repugnat regulæ, quæ loquitur generaliter. Item, quia talis nominatio malitioſè ad quæſtum pecuniarium trahi poſſet. Et idem tenet Domi. & Ioan. de imo. all. Bar. id tenere propter fauorẽ in l. à filio. in prin. ff. de ali. & ciba. leg.*

40 *† Sextò, prohibentur præpoſiti, archipræſbyteri, canonici ſeculares, præbendati, non habentesq́; perſonatus: & alij clerici beneficiati, ac ſine beneficijs. Quoniam huiuſmodi perſo-*